



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Prima Duo Sæcula Complectens

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 13322648**

§. 56. Epistola S. Judæ

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

Sæculum I.  
A. C. 97.

§. LVI.

*Epistola S. Judæ.*

*Epistolæ S. Judæ eadem est materia, & ejusdem Doctrinæ substantia, quam secunda S. Petri continet; utraque enim adversus eosdem hæreticos, scilicet Nicolaitas, & similis farinae homines scripta est. In ea mentio fit de pugna S. Archangeli Michaelis contra Dæmonem, propter corpus Moysis; de hac pugna memorat liber quidam Apocryphus, cui titulus est: Raptus Moysis. In hac Epistola citatur etiam textus illius libri, qui nomen Patriarchæ Enoch, si ab Adamo numerare incipias, ordine septimi, præferebat. Idem libri, a quibusdam antiquissimorum Patrum citati, inveniuntur; quod autem a sancto Juda adducantur, ex eo concludere non licet, illos ab ipso tanquam divina Auctoritate scriptos, approbari, cum S. Paulus etiam loca ex Poëtis prophanis adduxerit; sed tantummodo Spiritus S. quasdam veritates in illis libris contentas nobis manifestare voluit, quapropter reliquis, ibidem contentis, nulla accedit auctoritas. S. Judas in hac Epistola de supra dictis *Agapes*, seu conviviiis charitatis, post S. Cœnam haberi solitis, quæ hæretici, quos oppugnat, suis dissolutionibus depravabant mentionem facit. S. Judas Apostolus Thadæus, seu Lebeus*

*Tert. de cul.  
fem. lib. c. 3.*

*Hier. in Tit.  
1. 12.*

*Jud. 12.*



Lebeus cognominatus, erat S. Jacobi frater Episcopi Jerosolymitani. Sæculum I. A. C. 97.

§. LVII.

*Epistola S. Barnabæ. Ejus Doctrina.*

Ad idem tempus referri potest S. Barnabæ secundi Ordinis Apostoli Epistola, quæ si non prius, saltem non multo post Jerosolymæ excidium scripta est. Duabus constat partibus, prima est Doctrinalis præcipue contra Judæos; altera est Moralis. Post orationis exordium, in quo tenerrimæ charitatis indicia elucescunt; ex Prophetarum auctoritate demonstrat, Sacrificia Legis antiquæ a Deo esse rejecta, ut oblationi humanæ novæ Legis Jesu Christi, quæ jugum necessitatis non imponit, cederent. Eorundem auctoritate ostendit, jejunia sine aliis bonis operibus Deo accepta non esse; ultima tempora a Daniele prædicta jam advenisse; Judæis nullatenus credendum, foedus suum idem esse cum nostro assentibus; *Fœdus enim eorum Lege de-* cap. 2. edit. Cotelier.

*S. Barnabæ Epistola.* c. 3.

*pta, quas Moyses confregit, ut Judæos banc Legem idololatriæ crimine ammississe ostenderet; at Jesu Christi charitas impressa est cordibus nostris.* c. 5.

Deinde Apostolus de Jesu Christi Passione dis-

A a 3 serit,

&  
am  
nim  
Ni.  
pta  
ch.  
ro.  
ne.  
ti.  
pi.  
qui  
mo  
ræ.  
nti.  
ur;  
ur,  
pio  
ap.  
oe.  
no.  
llis  
uit,  
is,  
nac  
on.  
eri  
uis  
em  
eu  
eus